



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

13. Omnis vita lacrymæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

§. 13. Omnis vita lacryma.

V Nulquisque nostrum, inquit Cyprianus, cum nascitur, & hospitio mundi huius excipitur, initium suum lacrymis. Quivis de se dixerit:

Vt lacrymis cepi, lacrymis ita finio vitam;
Totum sane meum vivere, flere fuit.

Sic omnes vitam ordimur, sic claudimus omnes,

Ad stertum sientes nascimur, & morimur.

Naufraga nos istis tempestas mergit in undis,

Quisque suis meris sic sepelitur aquis.

Ille unus felix, qui stertum iam egerit omnem,

Ne lacrymas stiller post sua fata novas.

Serarius in rebus Morigit. mihi pag. 942. Daniel 97. Episc. 57. Archiep. 41. Elector Mogunt.

- | | |
|------------------------|-------------------------------|
| 1. Vita brevis. | 6. Victoria anceps. |
| 2. Forma decipiens. | 7. Concordia fallax. |
| 3. Pecunia fluxa. | 8. Senectus misera. |
| 4. Imperium invisum. | 9. Mors felicitas. |
| 5. Bellum permiciosum. | 10. Sapientia furva perennis. |

Illius utique celestis sapientia, quæ regna donat, numquam desitura, nemini expugnanda, æterna.

§. 14. Lacrymas solatur Deus.

A Gnoscere vocem consolatoris simul & promissoris: Cum ipso sum in tribulatione, et ipiam eam, & glorificabo eum. Et verè, iuxta est Dominus is qui tribulatio sunt corde, & humiles spiritu salvabit. De his promissis luculenter Augustinus, Noli timere, inquit, quando tribularis, ne quasi non tecum Deus sit: iuxta est Dominus his qui tribulatio sunt corde. Adjuvat certamen (considera) qui certamen indixit. Non te sic spectat Deus in agone certamen, ut populus aurigam; clamare enim novit, adjuvare non novit: coronæ veniam parare potest, vires subministrare non potest. Homo enim, non Deus est: & fortè dum spectat, plus laborat sedendo, quàm ille luctando. Deus quando spectat certatores suos, adjuvat eos invocantes: nam vox athletæ ipse est in Psalmis: Si dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua adjuvabat me. Cum ergo turbari coperis, erige fidem tuam, & noveris, quia te non deserit. Sed ideo putas te deserti, quia non quando vis, eripit. Eripuit tres pueros de igne; Qui eripuit tres pueros, deseruit Machabeos? absit. Et illos eripuit, & istos: illos corporaliter, ut infideles confunderentur: istos spiritaliter, ut fideles imitarentur. Iuxta est Dominus is qui tribulatio sunt corde, & humiles spiritu salvabit. Altus est Deus, humilis est Christianus. Si vult ut altus Deus vicinetur illi, ille humilis sit. Magna mysteria, fratres: Deus super omnia est. Eripuit te non illum tangis. Humilis te ipse ad te descendit. Hunc ergo fidissimum adiutorem in vota voca, aderit: quæ vocatus, gemitu etiam unico; modò serio absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor est: ultra, quia prima abierunt. Verissimè dixit idem Augustinus: Cum quantà suavitatè plorat in gemitu qui orat! Dulciores sunt lacryma orantium, quàm gaudia theatrorum.

§. 15. Mors nativitas.

Non finis (ait moriturus Thebanus) vitæ mee, sed æternus initium & melius advenit. Nunc enim, commilitones, vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Etenim quid accinet, aut humano dolori indulgeri, aut divino Numini invidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri voluerit.

Trauli gens Thracibus finitima, quæ cum Thracum moribus cetera quidem concordat, unum illud habet peculiare, quodd, edito infante, propinqui circumfidentes cum ploratu commemorant, quantum calamitatum illi sit perferendum, vitam ingressio. Contrà, defunctum hominem cum lusu lætitiæque efferunt, re-

A censentes quàm multis malis subductus sit. Sapientia laudem meritò sibi vendicaverit hæc natio, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebravit. Idem Causiani & Geta dicuntur fecisse, qui puerperæ luxerunt, funera plausu prosecuti. Removeatur itaque naturalis dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit, & vitæ finis beatorum principio reperietur. Mors non timenda, ut malum, sed ut malorum finis, excipienda. Sanè Plinius Secundus: Itaque, ait, multi existere, qui, non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Ita Silenus, à Mida captus, rogatus est: quid esset homini optimum? Diu tacuit. Tandem ut diceret adactus, respondit: Optimum est numquam nasci, proximum, quàm terrimè extingui.

Illud non omiserim ter mirum, inaudicum, & narratu jucundum. Ludovicus Cortusius Iureconsultus Patavinus, lamentationes & lacrymas testamento suis omnibus interdictis, voluitque adesse ad funus aulæ, cum citharædos, & omnis generis musicos, qui unum cum candidato clero funeris pompam partim præirent (numero quinquaginta) partim sequerentur: singulis dimidium aureum dari præcepit. At feretrum portari iussit à duodecim innuptis puellis, quæ præfina aut viridi veste indutæ, altâ voce cantarent, quidquid lætitiæ suggereret. Harum virginum singulis certa pecunia dotis loco destinata. Ita sepulchrum est in templo S. Sophiæ Patavii, centum funalibus, dum efferretur, stipatus, præeunte omni Clero, & totius urbis monachis, tantum exclusis, qui nigri habitus essent, hos enim testamento à suo funere amovit, ne hilaritatem publicam atris cucullis funestarent. Atque hac ratione exequiæ in nuptias migrarunt. Obiit nuptialis hic homo, an. Christiano 1418. 17. Iulii, die D. Alexii.

Præclare dixit Bernardus: Illi mortuos suos lugeant, qui resurrectionem negant: illi sunt plorandi, qui post mortem à deo non vivendos monibus sepeliuntur in inferno, non illi, qui ab Angelis collocantur in celo. Pretiosa mors Sanctorum, pretiosa planè, tamquam finis laborum, tamquam victoriæ consummatio, tamquam vitæ janua, & perfectæ securitatis ingressio. Aperit Hebræus Sapiens: Melior est, inquit, dies mortis, die natiuitatis.

§. 16. Vbi que mori.

Torqueant se miseri, quibus extingui quàm superesse utilius est, trepido & anxio consilio, quam ratione vitæ exant, quarentes: Ferrum acuant, venena conperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant, tamquam magno apparatu aut exquisitâ molitione opus sit, ut corporis atque animi infirmo vinculo coherens societas dirimatur. Nihil horum Coma ille Diogenis frater, sed intra pectus inclusa anima finem sui reperit. Enimverò minimo studio retinendum bonum est, cuius caduca possessio tam levi afflatu violentiæ concussa dilabitur. Ubique mors est, omnibus locis, omnibûsque momentis insidiatur, quaque venias, paratam invenies; nusquam non præsto est, occurrit undique.

Cum verò una tantum mors uni homini sit oppetenda, quid est quod ante mortem illam ultimam, tot misellum hominem mortes iugulent, ut quis non immeritò quærat:

Gutula cum mihi sit vitæ tantum unica, cur me mille necis species, funera mille premunt? Bernardum audi: Summa tibi sit philosophia, mortis meo Lib. de hereditario asidua. Et ideo varia te mors vellicat. Quidquid vestat vitæ illis accidit, ait Bernardus, tibi accidere potest, quia homo idem in me es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra vis, & in terram reverteris, quando venerit dies illa ultima, quæ subito venit, & forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, vel ubi. Quoniam mors ubique te expectat: tu quoque, si sapiens fueris, ubique